



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 40. Wormatiense edictum circa conjugatos diversæ Religionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

Sæc. XVIII. *Crusianus* dictus, qui in lucem edidit
A. C. 1727. Commentarium Theoretico practicum
 ad Institutiones præter plura alia.

§. XL.

*Wormatiense edictum circa Conju-
 gatos diversæ Religionis.*

Priusquam Wormatiensis Civitas a
 Gallis Anno 1698. in cineres fuisset
 redacta, Lutheranus præfatæ Ur-
 bis Magistratus Cives Calvinianos to-
 lerabat quidem, eis tamen publicum
 sectæ suæ exercitium nullatenus per-
 mittebat: Unde hi non modo Neohu-
 sium extra Urbem ad sua sacra pergere,
 sed & tolerare cogebantur, ut eorum
 proles ex diversæ Religionis Parentibus
 susceptæ in Lutherana educarentur:
 Ut vero Magistratus diruta Urbis mæ-
 nia denuo erigere posset, pacta pecu-
 nia Calvinianis publicum suæ sectæ
 usum intra civitatem indulgit, ea ta-
 men lege, ut si alteruter ex Parentibus
 fuerit Lutheranus, proles masculæ in
 Patris, femellæ in Matris religione in-
 stituerentur: inde vero tot controver-
 siæ, querelæ, lites, & turbæ exorie-
 bantur, ut Wormatiensis Senatus anno
 Domini millesimo septingentesimo de-
 cimo octavo die 15. Februarii edictum
 promulgaret, vi cujus severe inhibi-
 tum,

tum, ne inter diversæ Religionis ho- Sæc. XVIII.
 mines matrimonia inirentur. Hoc e- A. C. 1727.
 dictum Magistratus quotannis innova-
 vit, cunctisque Civibus una congre-
 gatis prælegi jussit. Accidit tamen,
 ut Anno 1726. quidam Cives nomine
 Godefridus Lauer, Religione Luthe-
 ranus Calvinianam ducere, atque in
 Magistratus contemptum, cum ei de-
 nuntiationis literæ testes denegarentur,
 extra Urbem copulari præsumeret. Hu-
 jus exemplum sequebatur Hartmanus
 Calvinista, pluresque alii tam Calvi-
 nistæ, quam Lutherani. Hac in re
 Magistratus sententiam doctiorum ro-
 gabat, totamque causam ad Corpus
 Evangelicorum devolvebat, circa has
 quæstiones edoceri cupiens. I. An
 Wormatiense edictum cum concordatis
 inter Lutheranos & Calvinistas erectis,
 necnon cum Imperii Constitutionibus
 consonet. II. An Magistratus præfatis
 Constitutionibus ita ligetur, ut ejus-
 modi edictum condere nequeat. Cen-
 sebant nonnulli, hoc edictum esse om-
 nino nullum, quod I. in prima Ec-
 clesia matrimonia cum infideli non
 fuerint prohibita, & nunc in Romano
 Imperio sint licita, & nunquam inter
 Protestantes vetita, II. quod hoc e-
 dictum saltem contra Catholicos nulla-
 tenus executioni dari valeat, III. quod
 Con-

Sæc. XVIII. Concordata Anno 1699. Art. 7. ejus-
 A. C. 1727. modi matrimonia Calvinistis indulse-
 rint, & hi pacto oneroso hanc liber-
 tatem acquisiti fuerint, proin hæc li-
 bertas per statutum eis adimi nequeat.
 His ponderatis Senatus decrevit, hoc
 quidem statutum in suo robore esse
 conservandum, ad contrahentium ta-
 men preces Magistratum, si bene visum
 fuerit, dispensare posse.

§. XLI.

Conficta Religionis gravamina.

Jam ab aliquot annis Lutherani Præ-
 dicantes circuire Salisburgenses
 alpes, ut facerent unum alterumve
 Profelytum ex illis, qui ob tardius
 ingenium, animumque versutix impe-
 ritum objecto liberioris vitæ hamo fa-
 cile capi poterant: Ejusmodi condi-
 tionis erant duo Coloni, Rupertus
 Leiber, ejusque Avunculus nomine
 Martinus Dillener, qui Werfæ, Salis-
 burgensi oppido agentes per libros hac
 secta infectos misere decepti fuerunt,
 suoque fanatismo impulsu inde emigrare
 pararunt. Re autem detecta ambo de
 apostasia convicti promeritas dederunt
 pœnas, bimestri carcere multati, per-
 versisque libris spoliati. Hæc ubi re-
 sciverat Ruperti Filius mox ad Saxo-
 niæ